

fit mentio in insigni illa epistola sancti Sophronii ad Sergium CP. interpolatione, quam doctissimus Joannes Cotelierius edidit ex Regio cod. in notis tomi I *Monum. Eccles. Græcæ*, quamque hic denuo Græce Latineque recitare supervacaneum fore non puto. Post hæc itaque sancti patriarchæ Hierosolymitani verba, quæ leguntur t. VI *Concil. Labb.* col. 91: Καὶ τὴν ἀσέβειαν σύστοιχοι, habetur in laudato codice: Πρὸς τοῦτοις ἀνάθεμα ἔστωσαν καὶ κατάθεμα, Κύριος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μοιχῆς ἀθεσμότατος, Θεόδωρος Φαρανίτης, Σέργιος Κωνσταντινουπόλεως, Ἄνωριος Ῥώμης, οἱ τῆς τῶν Μονοθελητῶν αἰρέσεως ἀρχηγοὶ καὶ συνήγοροι· Πύρρος, Παῦλος, Πέτρος, οἱ τῆς βασιλίδος πρόεδροι, τῆς ἀσεβείας δὲ πρόβολοι, ἑαυτοῖς καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχεσάμενοι· Μακάριος Ἀντιοχείας, καὶ Στέφανος ὁ τούτου μαθητῆς, καὶ ἀποναίας διδάσκαλος Πολυχρόνιος, νέος Σίμων μάγος· καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρείαν μέχρι νῦν τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος, Ἀρμάσιος, τὸ κάθαγμα, οἱ τε σὺν αὐτοῖς αἰρετικοὶ, καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πολέμιοι, Σαρακηνικῶ φρουάγματι σεμνυνόμενοι· *Præter hos anathema sint et catathema Cyrus Alexandrinæ Ecclesie scelestissimus adulter, Theodorus Pharanita, Sergius Constantinopolitanus, Honorius Romanus. Monotheletarum hæresis duces et patroni, Pyrrhus, Paulus, Petrus, regie quidem urbis antistites, verum impietatis propugnatores; secum et cum veritate pugnantes; Macarius Antiochenus, ejusque discipulus simulque amentie magister Stephanus; Polychronius, novus Simon Magus; et qui Alexandria adhuc veritatem oppugnat Harmasius piacularis homo, quique cum illis hæretici atque orthodoxæ fidei hostes; Sarraceno fastu elati.* Hoc postremo loco discimus, qui essent Harmasitæ illi, quorum mentio fit in scholio ad Anastasii *Hodegum*, p. 252: Οὕτως ἀρμόσασθε πρὸς αὐτοὺς κατὰ τὸν προκείμενον σκοπὸν, τοὺς μὲν Ἰακωβίτας, περὶ φύσεως· τοὺς δὲ Ἀρμασίτας, περὶ θεανδρικῆς ἐνεργείας· *Sic ad propositum modum finemque agite, contra Jacobitas quidem, de natura: contra Harmasitas vero de operatione theandrica.* Ubi sane puri puti Monotheletæ, a Monophysitis seu Jacobitis, diversi indicantur: qui tamen iidem prorsus non erant ac Maronitæ Libani montis ejusque viciniae incolæ, qui ea ætate *Mardaitæ* audiisse referuntur. In illo additamento Honorius quidem de more censetur inter Monotheleticæ hæresis patronos et duces. Cæterum Damascenus noster eum omisit in opusculo *De recta sententia*, et in alia fidei Expositione, quam posthac Latine saltem dabimus ex interpretatione Arabica. S. Germanus CP. in synodo centum episcoporum, quam celebravit circa annum 715, anathemati subjecit, Σέργιον, Κύρον, Πύρρον, Πέτρον, Παῦλον, καὶ Ἰωάννην. *Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, Paulum et Joannem*, nuperum scilicet decessorem suum, prætermisso Honorio, ut colligitur ex libello Synodico, syn. 137. Hunc itidem excusatione dignum esse innuit Eutychius Alexand. t. II *Annal.* p. 329 et 330. Ambo utique, quantum capio, propter apologias quas sanctus Maximus pro ejus defensione scripserat.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ Τῷ ΧΡΙΣΤῷ ΔΥΟ ΘΕΛΗΜΑΤΩΝ

ΚΑΙ ΕΝΕΡΓΕΙΩΝ ΚΑΙ ΛΟΙΠΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ ΙΔΙΩΜΑΤΩΝ· ΕΞ ΕΠΙΔΡΟΜΗΣ ΔΕ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΔΥΟ ΦΥΣΕΩΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΜΙΑΣ ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΣ.

529 EJUSDEM

DE DUABUS IN CHRISTO VOLUNTATIBUS

ET OPERATIONIBUS, DEQUE NATURALIBUS RELIQUIS PROPRIETATIBUS
UBI OBITER DE DUABUS NATURIS ET UNA HYPOSTASI.

1. Qui duas naturas et unam personam in Deo A α'. Οἱ δύο φύσεις καὶ μίαν ὑπόστασιν ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦντες, διπλᾶ μὲν καὶ διάφορα τὰ τῶν φύσεων φυσικὰ ἰδιώματα συνομολογεῖν ὀφείλουσιν, ἀπλᾶ δὲ τὰ τῆς ὑποστάσεως. Ἀμήχανον γὰρ φύσιν συστήναι ἔκτος τῶν κατ' αὐτὴν φυσικῶν ἰδιωμάτων, συγκριτώντων τε

VARIE LECTIONES.

* Basil. καὶ αὐτῶν.

αὐτὴν, καὶ ἀποδιαιρούντων ἐκ τῶν λοιπῶν φύσεων· ὧν τὸ ἄθροισμα ἐν ἐτέρῳ οὐ θεωρηθήσεται ^b εἶδει. Ἀδύνατον δὲ αὖ πάλιν, τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ^c μὴ κεχρησθαι τοῖς χαρακτηριστικοῖς καὶ συστατικοῖς αὐτῆς, καὶ ἀφοριστικοῖς ἐκ τῶν λοιπῶν [ὁμοειδῶν ^d] ὑποστάσεων· τοῖς ὑποστατικοῖς, φημί, ιδιώμασι ^e. Συμβεβηκότα δὲ ταῦτα καὶ ἐπουσιώδη καλεῖν ἔθος τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς, ὧν τὸ ἄθροισμα ἐφ' ἐτέρας ὑποστάσεως θεωρηθῆναι ἀμήχανον. Πᾶσα ὑπόστασις σύνθετος ἐκ διαφόρων φύσεων συντεθειμένη, τὰ φυσικὰ ιδιώματα τῶν τοιούτων φύσεων κατ' ἀνάγκην ἔχει· καὶ σύγχυσις θεωρεῖται ^f ἐν τῇ ἐνώσει. Τὸ γὰρ πῦρ, καὶ τὸ ὕδωρ ἐναντία εἶσι παντελῶς· τὸ μὲν γὰρ πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ ὕδωρ, ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν· ἀλλ' ἡνίκα συντεθῆ σῶμα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, τὰς τέσσαρας ἔχει ποιότητας, θερμότητα, καὶ ξηρότητα, καὶ ψυχρότητα, καὶ ὑγρότητα. Εἰ οὖν ἐνθα σύγχυσις θεωρεῖται, ἀνάγκη θεωρεῖσθαι τὰ φυσικὰ ιδιώματα τῶν συνθέτων ^g, πῶσφ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀσυχυτοῦ ἐνώσεως.

β'. Φύσις μὲν γὰρ φύσει συγκρίνεται, καὶ φύσεως διαφέρειν λέγεται, ἥτοι εἶδος εἶδους, ταῖς οὐσιώδεσι καὶ φυσικαῖς διαφοραῖς. Ὡσαύτως ὑπόστασις ὁμοειδεῖ ὑποστάσει συγκρίνεται καὶ διαφέρειν τῶν ὁμοειδῶν ὑποστάσεων λέγεται, τοῖς τῶν ὑποστάσεων χαρακτηριστικοῖς ιδιώμασιν· οὐ μὴν ὑπόστασις ἑτεροειδεῖ ὑποστάσει συγκρίνεται, ὡς ὑπόστασις. Τὰ γὰρ ὑποστατικὰ τοῦ Πέτρου τυχόν ιδιώματα, πρὸς τόνδε τὸν βούν συγκρινόμενα, φύσιν μᾶλλον ἀφορίζει, καὶ οὐχ ὑπόστασιν· οὐ γὰρ λέγομεν διαφέρειν τόνδε τὸν ἄνθρωπον τοῦδε τοῦ ἵππου, ὅτι ὁ μὲν φαλακρὸς, ὁ δὲ εὐχαίτης· οὐδὲ ὅτι ὁ μὲν μακρὸς, ὁ δὲ κολοθός· ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν λογικὸς, ὁ δὲ ἄλογος· οὐδὲ ὅτι ὁ μὲν υἱὸς τοῦδε, ὁ δὲ τοῦδε. Εἰ δὲ εἴπομεν, ὅτι ὁ μὲν υἱὸς Νέστορος ἐστίν, ὁ δὲ υἱὸς τοῦδε τοῦ ἵππου· καὶ ὁ μὲν σοφός, ὁ δὲ ἄσοφος, φυσικὰ διαφορὰι τάττονται. Αἱ γὰρ ὑποστατικαὶ διαφορὰι τῶν ἀνθρώπων πρὸς ὑποστατικὰς διαφορὰς ἵππων, φυσικὰ καὶ λογίζονται· διὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ τοῦ σώματος σχῆμα, καὶ ὁ τῆς ὄψεως, εἶπουν τοῦ προσώπου, χαρακτήρ, καὶ τὸ εἶναι αὐτὸν υἱὸν τῆς Παρθένου, πρὸς τὸ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀσχημάτιστον, οὐχ ὑποστάσεων ἐστίν ἀφοριστικά, ἀλλὰ διαφόρων φύσεων. Ὅτε γὰρ ἐκ δύο φύσεων μία ὑπόστασις σύνθετος γένηται, ταῦτά τε κάκειναι· τουτέστι τὰ τε τῆς θείας φύσεως [φυσικὰ τε καὶ ^h] ὑποστατικὰ ιδιώματα, τὰ τε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως ὑποστατικὰ γίνεται ⁱ.

γ'. Σοφῶς ^j οὖν ὁ Δημιουργὸς φύσεων τε, τουτέστι τῶν εἰδῶν, πλείστην διαφορὰν ἐποίησατο, πρὸς ἐν-

A naturales, a quibus constituitur, et a cæteris naturis distinguitur: ita ut universæ nunquam in alia specie considerentur. Fieri rursus non potest, ut una et eadem persona designantibus suis constituentibusque, ac discernentibus a cæteris ejusdem speciei personis, proprietatibus personalibus, inquam, careat, quas eruditi accidentia et adventitia vocare solent, quæque universæ in una alia persona nunquam reperiuntur. Natura omnis composita, ex diversis naturis constans, naturarum illarum proprietates necessario complectitur; tametsi confusio in unione occurrat. Quanquam enim ignis et aqua omnino contraria sunt; estque ignis calidus ac siccus; aqua vero frigida et humida: cum tamen conflatur corpus ex quatuor elementis, quatuor habet qualitates, calorem, et siccitatem, et frigus, et humorem. Si igitur ubi confusio perspicitur, naturales rerum ex quibus compositio fit, proprietates perspicere necesse est; quanto magis in ea conjunctione quæ confusionis omnis experta est!

2. Enimvero natura cum natura comparatur; atque ab alia natura, id est, species a specie, essentialibus naturalibusque differentiis secerni dicitur. Similiterque hypostasis cum ejusdem generis hypostasi confertur, atque ab ejusdem speciei hypostasibus, per proprietates illas quibus hypostases sigillantur, differre dicitur: haud vero hypostasis, qua hypostasis, cum diversæ speciei hypostasi comparatur. Hypostaticæ enim Petri, v. gr., proprietates, si cum hoc bove conferantur, naturam potius, non hypostasim discernent. Neque enim hunc hominem ab illo equo differre dicimus, quod hic calvus sit, ille bene comatus; nec quod ille magno sit corpore, hic parvo: sed quod ille rationis sit compos, hic expertus: neque item quod hic hujus, ille illius sit filius. Sin hunc Nestoris, **530** illum equi filium dicamus: atque alterum quidem sapientem, alterum vero sapientiæ expertem, jam statuuntur naturales differentiæ. Hominum enim singulorum hypostaticæ differentiæ, si cum equorum hypostaticis differentiis comparantur, naturales censentur. Quamobrem etiam in Domino nostro Jesu Christo, si figuram corporis, vultusque aut oris lineamenta, et quod sit Virginis Filius, ad eam rationem referas, qua Dei Filius omnis expertus figuræ existit, non ad personas, sed ad naturas discernendas hæc pertinebunt. Quod enim ex duabus naturis una composita hypostasis efficiatur, tam hæc, quam illæ; id est, tam divinæ, quam humanæ naturæ, naturales pariter et personales proprietates, unius ac ejusdem personæ sunt proprietates hypostaticæ.

3. Sapienter igitur universi Conditor plurimas naturarum specierumve differentias procreavit ut

VARIE LECTIONES.

^b Nostri 2 ἐν οὐθετέρῳ ῥηθήσεται. ^c Reg. διαφέρειν. Noster chartac. διαφέρειν αὐτοῖς τοῖς. ^d Hanc vocem in solis codicibus nostris reperi. ^e In N. chart. additur ὑποστῆναι. ^f Basil. καὶ θεωρεῖται. Colb. θεωροῖτο. ^g Legc συντεθέντων, ut versus finem dissertationis, et sensus postulat. ^h Hæc cod. S. Hil. ⁱ Deest in Basil. ^j Basil. Colb. 1 σοφός.

tum sapientiæ, tum potentia suæ divitias ostenderet; quo injecta sui admiratione, desiderabilis amplius fieret; desideratus cogitaretur, et cogitatus intellectusque, ad divinam similitudinem transferret animal, quod mentis et rationis est participans¹; cujus gratia multitudinem specierum fabricatus est: « Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur². » Et: « A specie creaturarum per proportionem Creator comprehendi potest³. » Rursus vero in unaquaque specie hypostasium, cum differentiam, tum earum inter se convenientiam fecit: ita tamen ut convenientia quidem sit naturarum; quia hypostases omnes, quæ eidem speciei subjiciuntur, naturæ ratione coherent: hypostasium vero differentia, eo quod propter impressas quasdam proprietates inter se discrepant. Quoniam enim solitudo quidpiam est a consortio abhorrens et morosum; societas autem cum ejusdem naturæ rebus, dulce quiddam ac suave: quia omne animal diligit sui simile⁴; eam ob causam, prima hæc et sola beata, principio carens, atque immortalis natura, in tribus personis conspicitur: Aut enim subsistens Sapientia: « Ego sum, qua oblectabatur⁵; » nempe Deus et Pater, quamobrem non in singulis modo angelicarum virtutum ordinibus hypostases varias condidit, verum etiam in quacunque specie: uti naturæ communione consociatæ, invicem gauderent, ac naturali devinctæ consuetudine, mutuam sui curam gererent, amica erga se invicem necessitudine. Hypostasium autem differentia, quod cujusque est discernit, tum generis ratione, tum possessionis et rei: ut quisque quod suum est dignoscens, ejus curam agat, nec rem alienam uti suam invadat; et ut cujusque exstantia definiatur et innotescat. Operæ igitur pretium sit, ut qui de re aliqua moturus est quæstionem, primum cognoscat, quid illa sit; tumque sitne unum, an duo, exquirat. Hoc autem dico de Domini nostri Jesu Christi voluntatibus et operationibus, **531** necnon de proprietatibus reliquis, de quibus hic nobis quæritur. Quod ut fiat planius, dicamus primo quid

4. Natura quidem, secundum sanctos Patres, commune quiddam est et indefinitum; sive species specialissima; puta homo, bellua, volucre, equus, bos, canis: hypostasis autem quiddam est

A δειξιν τοῦ πλούτου τῆς αὐτοῦ σοφίας τε καὶ δυνάμεως ὡς ἂν θαυμαζόμενος ποθοῖτο πλέον· ποθοῦμενος δὲ νοοῖτο^κ· νοούμενος δὲ, θεοειδὲς ἀπεργάζοιτο τῆ νοερῶν ζῶον καὶ λογικόν· δι' ὃ καὶ τὰ πλήθη τῶν εἰδῶν ἐτεκτῆνατο· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· » καὶ, « Ἐκ καλλονῆς¹ κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς καταλαμβάνεται. » Ὑποστάσεων δὲ πάλιν καθ' ἕκαστον εἶδος διαφορὰν τε καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλας συνάφειαν ἐποίησατο· συνάφειαν μὲν φυσικὴν· πᾶσαι γὰρ αἱ ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ὑποστάσεις, τῷ λόγῳ τῆς φύσεως ἦνονται· διαφορὰν δὲ ὑποστατικὴν· διακρίνεται γὰρ ἀλλήλων χαρακτηριστικοῖς τισιν ιδιώμασιν· ἐπειδὴ γὰρ τὸ μοναδικόν^μ, ἀκοινωνήτον καὶ ἀμεμίχτον, ἡ δὲ πρὸς τὰ ὁμοειδῆ κοινωνία ἡδὺ καὶ μεμίχιον· [πᾶν γὰρ ζῶον τὸ ὁμοιον ἀγαπᾷ·] καὶ αὕτη πρώτη ἡ [μόνη] μακαρία, καὶ ἀναρχος καὶ ἀνώλεθρος φύσις, τρισὶν ὑποστάσεσιν ἐνθεωρεῖται· φησὶ γὰρ ἡ ἐνουπόστατος σοφία· « Ἐγὼ εἰμι ἧ προσέχαιρεν· » ὁ Πατὴρ καὶ Θεὸς δηλαδὴ· διὰ τοῦτο καθ' ἕκαστον τάγμα τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων διαφόρους ὑποστάσεις ἐδημιούργησεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος, ὡς ἂν κοινωνοῦντες ἀλλήλοις φύσεως^ν, χαρεῖεν ἐν ἀλλήλοις· καὶ φυσικῆ σχέσει συναπτόμενοι, ἀλλήλων κήδοιτο καὶ φιλικῶς πρὸς ἀλλήλους^ο διάκοιντο. Ἡ δὲ τῶν ὑποστάσεων διαφορὰ, τὸ οἰκεῖον διακρίνει τοῦ ἀλλοτρίου [οὐ ρ] κατὰ γένος καὶ κτῆμα· ὡς ἂν ἕκαστος τὸ οἰκεῖον ἐπιγινώσκων φροντίζοι, καὶ μὴ ἐπιβαίνοι ὡς οἰκεῖρ, τῷ ἀλλοτρίῳ· καὶ ὡς ἂν ἡ ἐκάστου ὑπαρξίς γνωρίζοιτο. Χρὴ τοιγαροῦν τὸν περὶ τίνος ποιούμενον ζήτησιν εἰδέναι πρῶτον^ρ, τί ἐστίν· εἴθ' οὕτως, εἰ ἐν ἡ δύο εἰσί. Τοῦτο δὲ φημι περὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ζητουμένων, καὶ θελημάτων, καὶ ἐνεργειῶν, καὶ λοιπῶν ιδιωμάτων. Ἄλλ' ἵνα τοῦτο σαφέστερον γένηται, εἰπωμεν πρῶτον τί διαφέρει φύσις ὑποστάσεως· καὶ τότε ἀριδῆλως^ρ γνωσόμεθα, τὰ τε συστατικὰ τῆς φύσεως, καὶ τὰ τῆς ὑποστάσεως ιδιώματα. Καὶ εἶτα σκεψόμεθα, περὶ τῶν ἐν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, εἴτε ἀπλᾶ εἴη, εἴτε διπλᾶ.

naturam inter et personam intersit; tuncque liquido cognoscemus, quænam naturæ, ac quænam hypostasis proprietates constituentes sint, ac tum deum, num ea, quæ in Domino nostro Jesu Christo existunt, simplicia sint, an duplicia, considerabimus.

D δ'. Φύσις μὲν οὖν ἐστὶ κατὰ τοὺς ἀγίους εἰπεῖν Πατέρας, τὸ κοινὸν καὶ ἀόριστον· ἦτοι τὸ εἰδικώτατον εἶδος· ὄλον, ἀνθρώπος, θηρίον, ζῶον, πτηνόν, ἵππος, βοῦς, [κύων.] Ὑπόστασις^σ δὲ, τὸ μερικόν,

¹ Vide Greg. orat. 34, p. 543. ² Rom. 1, 20. ³ Sap. xiii, 5. ⁴ Lib. 1 Rhet.; et viii et x Moral. ⁵ Prov. viii, 30.

VARIAE LECTIONES.

^κ Edit. ἐνοῖτο. Vetus interpr. desideratus uniat. ¹ Reg. ἐκ καλλονῆς καὶ μεγέθους. Sap. xiii, 5 ἐκ μεγέθους καλλονῆς. ^μ In Nostro additur τούτέστι τοῖς συμβεβηκόσι. Quod esse Scholium autumo. ^ν Ambo Nostri κοινωνῶσι, καὶ φυσικῆ σχέσει συναπτόμενοι ἀλλήλοις βοηθῶσι, καὶ φροντίζουσιν. Ἡ δὲ τῶν. ^ο Basil. πρὸς ἀλλήλων. Colb. 1 ἀλλήλοις. ^ρ Soli Nostri negationem οὐ habent. Combefisius legendum putat οὐ κατὰ γένος, καὶ κατὰ κτῆμα, vel ἀλλὰ κατὰ κτῆμα. Annon vero auctor significat discrimen esse personarum, ut quælibet id quod sibi ex genere, seu ortu proprium est, possideat. ^σ Nostri: πρότερον. ^τ Nostri φανερώς, expositio est vocis, ἀριδῆλως. ^ζ Reg. et Colbertini cum Basil. ὑπόστασιν. Vetus interpr. hypostasin.

καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφ' ἑστέος, οὐσία τις μετὰ συμβεβηκότων, τὴν καθ' αὐτὸ ὑπαρξίν, ἰδιαιρέτως καὶ ἀποτετμημένως τῶν λοιπῶν ὑποστάσεων, ἐνεργεία καὶ πράγματι, κληρωσαμένη· τὸ κοινωνοῦν μὲν τοῖς ὁμοειδέσιν ἀτόμοις τῷ λόγῳ, τῆς φύσεως· συμβεβηκόσι δὲ τισὶ καὶ χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι τὴν πρὸς τὸ ὁμοφυές τε καὶ ὁμοειδές ἄτομον, ἔχον διαφοράν. Καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, φύσις ἐστὶ τὸ κοινόν· οἷον ἡ ἀνθρωπότης.¹ Ὁ Πέτρος γὰρ ἀνθρωπός ἐστι, καὶ ὁ Παῦλος, καὶ οἱ λοιποὶ κατὰ μέρος ἄνθρωποι. Ὑπόστασις δὲ, τὸ μερικόν· ὁ δεῖνα. Ὁ Πέτρος ὑπόστασις ἐστὶ, καὶ ὁ Παῦλος ἄλλη ὑπόστασις. Οὐκέτι δὲ ὁ Πέτρος φύσις [ἄλλη] καὶ ὁ Παῦλος ἄλλη φύσις· ἀλλ' ὁ Πέτρος ὑπόστασις, ἔχων τελείαν τὴν αὐτὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος, διὸ καὶ τέλειός ἐστιν ἄνθρωπος. Καὶ ὁ Παῦλος ἄλλη ὑπόστασις ἐστὶν, ἔχων τελείαν τὴν αὐτὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος· καὶ τὴν μὲν φύσιν τὴν αὐτὴν τελείαν ἔχει ἐκάστη ἀνθρώπων ὑπόστασις, οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ὑπόστασιν.² Οὐδὲ γὰρ μίαν ὑπόστασιν ἔχουσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Ἄλλος γὰρ ἐστὶν ὁ Πέτρος, καὶ ἄλλος ὁ Παῦλος. Ἄλλη ὑπόστασις καὶ ἄλλη· οὐκ ἄλλη δὲ φύσις ὁ Παῦλος, καὶ ἄλλη ὁ Πέτρος· πάντες γὰρ οἱ ἄνθρωποι μιᾶς φύσεως εἰσιν [οὐχὶ δὲ ὑποστάσεως. Ὁμοίως καὶ ὁ ἵππος, ὁ λευκός, καὶ ὁ ὄξυς· ὡσαύτως καὶ ὁ βοῦς ὁ μονόκερως, καὶ ὁ κύων ὁ μικρός, καὶ ὁ λέων ὁ χυλός.] Καὶ ταῦτα μὲν περὶ φύσεως καὶ ὑποστάσεως πρὸς τὸ παρόν. Εἰπωμεν δὲ καὶ τί ἐστὶ φυσικὸν ἰδίωμα, καὶ τί ἐστὶν ὑποστατικὸν ἰδίωμα, καὶ τὴν τούτων διαφοράν.

ε'. Φυσικὸν μὲν οὖν ἰδίωμα ἐστὶ, τὸ τὴν φύσιν συνιστῶν, οὗ χωρὶς οὐ δύναται συστήναι ἡ φύσις, ἧς ὑπάρχει ἰδίωμα· οἷον τὸ ζωτικόν, τὸ λογικόν,³ τὸ θελητικόν, τὸ αἰσθητικόν, τὸ βαδιστικόν, τὸ ἀναπνευστικόν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὁ γὰρ μὴ λογιζόμενος, οὐκ ἐστὶν ἄνθρωπος. Οὐκ ἐγένετο γὰρ ἄνθρωπος μὴ λογιζόμενος, εἴτε καλῶς, εἴτε κακῶς. Ὁμοίως οὐδὲ ὁ μὴ αἰσθανόμενος, μηδὲ βαδίζων, μηδὲ ἀναπνέων. Φυσικὸν οὖν ἰδίωμα ἐστὶ τὸ συνιστῶν τὴν φύσιν, καὶ χωρίζον εἶδος ἀπὸ εἶδους, τουτέστι φύσιν ἀπὸ ἄλλης φύσεως, καὶ ἐν ἐκάστη ὑπόστασει τοῦ αὐτοῦ εἶδους θεωρούμενον· οἷον τὸ λογικόν. Συνιστᾷ γὰρ τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, ὡς ἐν τῷ ὄρω αὐτοῦ λαμβανόμενον. Ἀνθρωπος γὰρ ἐστὶ, ζῶον λογικὸν θνητόν· καὶ χωρίζει τὸ λογικόν, τὸν ἄνθρωπον ἐκ πάντων τῶν ἀλόγων· καὶ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος λογικός ἐστὶν. Ὁ γὰρ μὴ ὢν λογικός οὐκ ἐστὶν ἄνθρωπος· ἀδύνατον γὰρ ἄνθρωπον μὴ εἶναι ζῶον λογικὸν θνητόν.

ς'. Ὑποστατικὸν δὲ ἰδίωμα, τὸ χωρίζον ὑπόστασιν ἀπὸ ἄλλης ὑποστάσεως· οἷον, τὸ σιμὸν, τὸ λευκόν, τὸ μέλαν, τὸ φαλακρὸν καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐ γὰρ

A *singulare per se consistens; nimirum substantia quaedam instructa suis accidentibus, quæ suam per se, proprie, ac seorsim a reliquis hypostasi-bus, actu ac re ipsa sortita sit existentiam: ut quidem naturæ ratione, cum ejusdem naturæ indi-viduis communionem habeat; quibusdam vero accidentibus proprietatibusque quibus sigillatur, ab ejusdem naturæ et speciei individuis differat. Quin etiam, ut uno verbo dicam, natura est illud quod commune est, ut humanitas. Petrus enim homo est, et Paulus, ac reliqui singuli homines. Hypostasis vero, quod est singulare, ut hic et ille. Petrus hypostasis est, ac Paulus alia hypostasis: non item Petrus alia natura est, ac Paulus alia: sed Petrus est hypostasis, perfectam habens naturam humanitatis, atque adeo est perfectus homo. Itemque Paulus alia est hypostasis, eandem ipsam habens perfectam humanitatis naturam. Ac eandem quidem perfectam naturam habet una-quaque humana hypostasis: non autem universi homines eandem hypostasim habent. Alius enim est Petrus, et alius Paulus; alia atque alia ambo hypostasis: haud vero alia Paulus natura est, ac alia Petrus. Omnes enim homines unius naturæ sunt; at non item unius hypostasis. Simili quoque ratione equus albus aut velox; bos unicornis; canis item parvus, ac leo claudus. Atque hæc quidem de natura et hypostasi: modo dicen-dum, quid naturæ, quidve personæ proprietas sit, quidve inter ea discriminis intersit.*

C 5. Naturæ quidem proprietas est id quod constituit naturam, sine quo natura cujus est proprietas, constare non potest: ut vita, ratio, voluntas, sensus, incessus, respiratio in homine, ac similia. Quod enim ratione non utitur, homo non est. Nec enim fuerit homo, qui non ea bene utatur, aut male: neque etiam ille, qui non sentiat, non incedat, non respiret. Naturæ igitur proprietas est, quod constituit naturam, speciemque a specie secernit; hoc est naturam unam ab alia natura: quod item in qualibet ejusdem speciei hypostasi perspicitur, ut rationale. Efficit enim hominis naturam, cum in ejus definitione sumatur. Est enim homo animal rationale mortale: discernitque rationale hominem ab omnibus quæ rationis expertia sunt. Omnis enim homo rationis est particeps. Neque enim qui rationis particeps non est, **532** is est homo. Quippe fieri non potest, ut homo non sit animal rationale mortale.

D 6. Hypostatica autem proprietas est, quod hypostasim ab hypostasi alia secernit; ut putat simitas, candor, atror, calvitium, et hujusmodi. Neque

VARIAE LECTIONES.

¹ In cod. S. Hil. Σχόλ. Ὑπόστασις ἐστὶ, κατὰ τοὺς φιλοσόφους, ἰδιωμάτων συναγωγή· κατὰ δὲ τοὺς Πατέρας, ὁ καθ' ἕνα ἄνθρωπον (lege ἄνθρωπος) προσωπικῶς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀφορισόμενος. Schol. *Hypostasis est, uti quidem censent philosophi, proprietatum collectio; ut autem Patres, quisque homo personaliter discretus ab hominibus aliis.* ² Nostri ὑπόστασιν μίαν ἔχουσι, πάντες δέ, sicque edidit Combefis. ³ Noster 1 λογικόν. Sicque emendatum reperi in Colb. 4780; cod. S. Hil. πολιτικόν.

enim omnes homines pressis sunt naribus; sed alius est pressis, alius aduncis, alius recte compositis: nec omnis homo est albus; sed hic albus, ille niger, alter triticeo colore ac utroque temperatus: nec omnis calvus; sed unus calvus, alter comatus, sive capillorum multitudine ornatus. Atque, ut summa dicam, in natura humana, omnia quæ fuerunt a conditore Deo quibusque hominibus concessa, naturæ proprietates sunt, velut et sanctis Patribus visum est, ac vera ratio suadet; quæ nimirum constitutionis sunt ac distinctionis.

7. Natura siquidem vis est divino jussu speciei cuique concessa, pro cujus ratione comparata est agere et pati. Quamobrem habere oculos et nares, membraque reliqua, hoc naturæ est. Qui enim uno horum aliquo privatus est, is haudquaquam homo est perfectus. Eorum autem differentia ad hypostasim spectat. Puta aspectus et videre naturæ sunt; diversitas autem aspectus, id est valentis et imbecilli, penes hypostasim est. Cibi appetitus et comestio sunt naturæ; diversorum autem ciborum cupiditas, cupiditas item vel intensa vel remissa, ad hypostasim pertinent. Voluntas ac velle, est quid naturæ: diversa quidem voluntas, diversisque modis velle, hypostasis est. Si qua porro ejusdem speciei hypostases habent, ac quedam non habent, ea hypostaticæ proprietates sunt.

8. Itaque scire convenit humanam omnem hypostasim habere ut sit; utque ex nihilo a Conditore rerum producta sit; hoc est ut sit aliquid creatum: ut vita, facultate agendi, sentiendi, intelligendi, ratione, et appetitu, seu voluntate præditum sit: ut ex essentia et accidentibus consistat. Hæc igitur essentialia sunt ac naturalia: eorum vero peculiaris ac diversus motus, hypostatica differentia est. Eandem naturam designat horum participatio: existendi autem modus, et cujusque discreta seorsim ac propria per se subsistentia et compactio, peculiarisque ac proprius modus et motus, diversusque naturalium usus, discretas ostendit hypostases, et facit ut multi homines dicantur. Atque adeo⁶, quandoquidem in Patre et Filio et Spiritu sancto exstantia diversa est, tres sunt hypostases: quod vero quæque illarum, non seorsim ac separatim velit et opereatur, sed conjunctim, unaque ratione, ideo non tres dei sunt, sed unus Deus. His ita statutis, videamus, num in Christo duæ sint naturæ; tumque sciemus, num duplices habeat naturæ proprietates. Natura enim sine suis naturalibus ac constituentibus proprietatibus constare non potest.

⁶ Greg. orat. 29, ac passim alibi.

VARIÆ LECTIONES:

¹ Reg. τῆς κράσεως. ² Hæc habent codd. mss. ³ Mss. λογιστικόν. ⁴ Basil. ἐξ οὐσιῶν. ⁵ Edit. ὑποτεταμένη. Vid. Petav. t. IV Theol. dogm. lib. v, c. 7, n. 5.

Α πᾶς ἄνθρωπος σιμός· ἀλλ' ὁ μὲν σιμός, ὁ δὲ γρυπός, ὁ δὲ εὐρινός. Οὕτε πᾶς ἄνθρωπος λευκός· ἀλλ' ὁ μὲν λευκός, ὁ δὲ μέλας, ὁ δὲ σιτόχρους· οὐδὲ πᾶς ἄνθρωπος φαλακρός· ἀλλ' ὁ μὲν φαλακρός, ὁ δὲ κομητής· τουτέστι δασύθριξ. Καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ἀνθρωπότητος ὅσα πάντες οἱ ἄνθρωποι ἔχουσιν ἐκ τοῦ Δημιουργοῦ δοθέντα, φυσικά εἰσιν ἰδιώματα, κατὰ τοὺς ἁγίους Πατέρας, καὶ τὸν ἀληθῆ λόγον· τὰ τε τῆς πλάσεως, καὶ τὰ τῆς κατακρίσεως².

Β Φύσις γάρ ἐστι δύναμις, ἐκ θεοῦ προστάγματος δοθεῖσα ἐκάστῳ εἶδει, καθ' ἣν ἐνεργεῖν καὶ πάσχειν πέφυκεν. Ὡστε τὸ μὲν ἔχειν ὀφθαλμοὺς, καὶ ῥίνας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μελῶν, φυσικόν ἐστίν. Ὁ γὰρ ἐνός τούτων ἐστερημένος, οὐκ ἔστι τέλειος ἄνθρωπος. Ἡ δὲ τούτων διαφορὰ, ὑποστατική· ἡ ὄρασις, καὶ τὸ ὄρᾶν, φυσικόν· ἡ δὲ διάφορος ὄρασις, τουτέστι ἡ καλὴ καὶ ἡ κακὴ, ὑποστατικὴ ἐστίν. Ἐπιθυμία τῆς βρώσεως, καὶ αὐτὴ ἡ βρώσις, φυσικὴ ἐστίν· ἡ δὲ τῶν διαφόρων βρωμάτων ἐπιθυμία, καὶ ἡ διάφορος ἐπιθυμία, ἡ ἐπιτεταμένη τε καὶ ἀνειμένη, ὑποστατικὴ· ἡ θέλησις καὶ τὸ θέλειν, φυσικόν· ἡ δὲ διάφορος θέλησις, καὶ τὸ διαφόρως θέλειν, ὑποστατικόν γ'. Ὅσα δὲ τινὲς ἔχουσι τῶν ὁμοειδῶν ὑποστάσεων, τινὲς δὲ οὐκ ἔχουσιν, ὑποστατικά εἰσιν ἰδιώματα.

Ζ. Εἰδέναι τοίνυν χρὴ, ὅτι πᾶσα ἀνθρώπων ὑπόστασις, ἔχει τό τε εἶναι, καὶ τὸ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ παρῆχθαι· τουτέστι τὸ κτιστὸν, τό τε ζωτικόν, καὶ ἐνεργητικόν, καὶ αἰσθητικόν, καὶ νοερὸν, καὶ λογικόν³, καὶ ὀρεκτικόν, τουτέστι θελητικόν· καὶ τὸ ἐξ οὐσίας⁴ καὶ συμβεβηκότων ὑφίστασθαι· ταῦτα οὖν οὐσιώδη εἰσὶ καὶ φυσικά. Ἡ δὲ τούτων ἰδιότροπος καὶ ἰδιαίρετος κίνησις, ὑποστατικὴ διαφορὰ. Τὸ μὲν γὰρ μετέχει τούτων, τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως παρίστησιν. Ὁ δὲ τρόπος τῆς ὑπάρξεως, καὶ ἡ ἀποτεταμένη⁵, καὶ ἰδiosisτάτος ὑπόστασις, καὶ σύμπηξις ἐκάστου, καὶ ἡ ἰδιότροπος καὶ ἰδιοκίνητος καὶ ἡ διάφορος τῶν φυσικῶν χρήσις, ἀποτεταμένως τὰς ὑποστάσεις δείκνυσι, καὶ πολλοὺς λέγεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖ. Ὡστε ἐπὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἐπειδὴ μὲν διάφορος ἡ ἐκάστου ὑπαρξις, τρεῖς ὑποστάσεις εἰσίν. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἰδιοτρόπως, οὐδὲ ἀδιαίρετως, καὶ ἀποτεταμένως ἐκάστη θέλει καὶ ἐνεργεῖ, ἀλλ' ἐνιαίως, οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλ' εἰς θεός· τούτων οὕτως εἰρημένων, ἴδωμεν εἰ δύο φύσεις εἰσίν ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ οὕτω γνωσόμεθα, εἰ διπλᾶ ἔχει τὰ φυσικά ἰδιώματα· ἀδύνατον γὰρ φύσιν συστῆναι ἐκτός τῶν φυσικῶν καὶ συστατικῶν αὐτῆς ἰδιωμάτων.

η'. Τέλειος Θεός ὁ Χριστός καὶ τέλειος ἄνθρωπος, καὶ μετὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν τῶν φύσεων ἔνωσιν; τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι; Ναὶ πάντως. Θεότης δὲ καὶ ἀνθρωπότης, μία φύσις, ἢ δύο; Δύο ὡς ἀληθῶς· ἄλλη γὰρ φύσις θεότητος, καὶ ἄλλη φύσις ἀνθρωπότητος. Οὐκοῦν δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ἐν δύο φύσεσιν ὁ Χριστός, εἴπερ Θεός ἐστι τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος.

Καὶ πάλιν· Ἐκ δύο φύσεων τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν; Πάντως. Διὰ τί ἐκ δύο; Ὅτι ἐκ θεότητός ἐστι καὶ ἀνθρωπότητος. Τί γάρ; τὸ εἰπεῖν θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, δύο φύσεις παριστᾷ; Πάντως· οὐ γὰρ μία φύσις θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος.

Εἶτα· Ὁμολογοῦμεν τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἔνωσιν ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι; Πάντως. Οὐκοῦν εἰ μετὰ τὴν ἔνωσιν ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι ὁμολογοῦμεν αὐτόν· θεότης δὲ καὶ ἀνθρωπότης δύο φύσεις, καὶ οὐ μία· ἐν δυοῖς φύσεσιν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν.

Καὶ πάλιν· Εἰ ἔχει ὁ Χριστός ἡ τὴν φύσιν τοῦ Πατρὸς, καὶ μετὰ τὴν ἔνωσιν τελείαν καὶ ἀνελλιπῆ, ἀτρεπτον καὶ ἀσύγχυτον παντὶ τρόπῳ, ἔχει καὶ τὴν φύσιν τῆς μητρὸς, τούτέστι τὴν φύσιν τοῦ Ἀδάμ, τελείαν, ἀνελλιπῆ, ἀτρεπτον καὶ ἀσύγχυτον, ἐκ παντός ἡ φύσις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ φύσις τῆς ἁγίας Παρθένου, μία, ἢ δύο; Πάντως δύο. Οὐκοῦν δύο φύσεις ἐν Χριστῷ μετὰ τὴν ἔνωσιν. Πρὸ γὰρ τῆς ἐνώσεως, οὐ δύο φύσεις ἐν τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἀλλὰ μία, ἢ τοῦ Πατρὸς· ἀδύνατον δὲ τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν κτιστὴν εἶναι καὶ ἀκτιστον· ἠγγμένην καὶ ἀναρχον· παθητὴν καὶ ἀπαθῆ. Εἰ γὰρ ἤρξατο, οὐκ ἀναρχος. Καὶ εἰ ἀκτιστος, οὐκ ἐκτίσθη. Ὅστε οὐ μία φύσις ὁ Χριστός, ἀλλὰ μία ὑπόστασις, δύο φύσεις [φέρουσα, ἦτοι] ἔχουσα, μίαν ἀκτιστον, καὶ κτιστὴν μίαν· μίαν ἀναρχον, καὶ ἄλλην ἠγγμένην.

Καὶ πάλιν· Εἰ ἐκ διαφόρων φύσεων συντεθειμένη ἡ φύσις, οὐδεμιᾶ αὐτῶν ἐστὶν ὁμοούσιος. Ἡ μὲν γὰρ ἐκάστη ἂ τὸν ἑαυτῆς ὄρον ἔχει μόνον· ἢ δὲ σύνθετος, ἄλλον ὄρον ἔχει σύνθετον. Ἀδύνατον δὲ τὰ ἕτερον καὶ ἕτερον ὄρον δεχόμενα, ὁμοούσια εἶναι. Εἰ οὖν μία φύσις ὁ Χριστός, πῶς τῷ Πατρὶ ἐστὶ ὁμοούσιος, καὶ τῇ Μητρί; ὁ μὲν γὰρ, Θεός· ἢ δὲ, ἄνθρωπος. Θεός δὲ ἡ καὶ ἄνθρωπος οὐ μία φύσις· οὐ γὰρ εἰς ὄρος θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος. Ὁ μὲν γὰρ κτιστὴς, ὁ δὲ κτίσμα.

eadem natura? Non ergo eadem definitio est deitatis et humanitatis. Est enim Deus, creator, homo, creatura.

Καὶ πάλιν· Μία καὶ ἡ αὐτὴ φύσις ἑτεροουσίως ὁμοούσιος εἶναι· οὐ δύναται. Καὶ πάλιν· φύσις φύ-

8. Christusne Deus perfectus est, ac perfectus homo, post ipsam quoque naturarum unionem: perfectus in deitate ac perfectus in humanitate? **533** Sic plane. Deitas autem et humanitas, una natura, an duæ? Duæ revera. Alia namque est deitatis natura, et alia natura humanitatis. Ergo duæ sunt in Christo naturæ, estque Christus in duabus naturis; siquidem perfectus Deus et homo perfectus existat.

Præterea: Christumne ex duabus naturis confitemur? Utique. Quorsum ex duabus? Quia ex deitate et humanitate. Quid enimvero? voces illæ, deitas, et humanitas, naturas duas exhibent? Plane: non enim est una natura deitatis et humanitatis.

Tum vero. Nunquid Christum confitemur post unionem in deitate et humanitate existere? Omnino. Ergo cum post unionem in deitate et humanitate ipsum confiteamur, sintque deitas ac humanitas duæ naturæ, non una; in duabus ipsum naturis confitemur.

Ad hæc. Cum Christus, etiam post unionem, paternam naturam perfectam sine ullo defectu, immutabilemque et omnis prorsus confusionis expertem habeat; habeatque nihilominus maternam, Adami scilicet, naturam perfectam, cui nihil desit, inconvertibilemque et inconfusam: Dei ac Patris natura, ac natura sanctæ Virginis, unane omnino sunt natura, an duæ? Plane duæ. Sunt ergo duæ naturæ in Christo post unionem. Nam ante unionem non duæ sunt naturæ in Deo Verbo, sed una, nempe Patris. Porro fieri nequit ut una ac eadem natura creata sit et increata; inceperitque, ac sit initii expertis; sit passibilis, et a passione immunis. Nam si cœpit, non caret principio: ac si est increata, creata non fuit. Itaque Christus non una natura est, sed una persona quæ duas sustinet, sive habet, naturas; unam increatam et creatam aliam; unam expertem initii, alteram quæ initium agnoscat.

Rursus vero: Si natura ex diversis naturis composita est, neutri illarum consubstantialis est. Quævis enim natura simplex, suam duntaxat definitionem habet: composita vero, compositam aliam definitionem habet. Fieri autem non potest, ut quæ aliam et aliam definitionem admittunt, ejusdem essentialis sint. Si igitur una natura Christus est, quinam possit ejusdem eum esse substantiæ cum Patre et matre? quippe cum ille Deus sit; hæc homo: Deus autem et homo, non sint

Præterea, una eademque natura nequit esse diversæ ac ejusdem substantiæ: nec rursus natura

VARIÆ LECTIONES.

* Basil. ὁ Θεός, male. ἂ Ambo nostri ἀπλῆ; at in recentiori γρ. ἐκάστη leg. ἀπλῆ ἐκάστη. * Desunt hæc duo verba in Basil. Petav. I. IV Theol. dogm. cap. 9, n. 5. Supplendum putarat Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου οὐ μία φύσις. † Noster † ἑτεροουσίως καὶ ὁμοούσιος εἶναι. quem sequor cum Combefisio.

consubstantialis esse naturæ; neque hypostasis unius naturæ, ejusdem substantiæ est cum hypostasibus diversæ substantiæ. Si ergo Christus una natura est post unionem; quomodo ejusdem substantiæ erit cum Patre et matre, qui sunt diversæ substantiæ?

Ad hæc: si una Christi natura est post unionem, **534** quomodo nominatur? Christitas? illa nempe, ut sic dicam, Deo-humanitas. A qua enim natura? Utique, cum una sit, una illa ejus natura passus est. Ergo ejus Deo-humanitas, quæ passa est; passibilisque in Christo est deitas.

Rursum: Passusne est Christus? utique. Ejusne passa deitas; an humanitas? utra natura? Humana certe. Ejusne divinitas remansit impassibilis? Ita plane. Ejus natura quæ passa est, et quæ B passa non est, eademne, an alia et alia natura? Alia prorsus et alia. Quod si alia et alia; quomodo una, quæ sunt duæ? Ast duæ quidem naturæ, non una natura sunt, sed una hypostasis: duæ vero naturæ; altera passibilis, et impassibilis altera; atque hoc modo recte procedet disputatio.

9. Quod autem una etiam sit Christi hypostasis, non duæ, hinc cognosci potest. Unusne Filius Christus est, an duo? Unus certe. Qui autem duæ hypostases, si Filius unus est? si duæ sunt hypostases, alius profecto atque alius est; ac vel erunt duo Christi; vel erit alter Christus, alter Deus Verbum; ac non jam unus Filius.

Præterea, si duæ Christi hypostases sunt; sane cum ad Patris dexteram in Cherubico throno se- C deat, ac simul cum Patre et Spiritu sancto a creatis omnibus adoretur; non jam Trinitatem, sed quaternitatem adorabimus. Absit autem ut aliud quidquam adoremus præter sanctam Trinitatem, unum Patrem, hypostasim unam; unum Filium ac Dei Verbum incarnatum, hypostasim unam cum sua carne, unum Spiritum sanctum, hypostasim unam; Trinitatem sanctissimam, et glorificatam. Ut enim gladius igne candens, postquam ignem recepit, unus et idem est: sic, potiori ratione, Christus unus est et una hypostasis, post ipsammet etiam incarnationem. Ac quemadmodum gladium igneum tangere vereor, non propter ferri naturam, sed propter conjunctam ei naturam ignis: sic Deum incarnatum adoro, unaque carnem veneror, non propter carnis naturam, sed propter unitum ipsi Deum Verbum. Regem cum purpura adoro, ac propter regem purpuræ honorem habeo. Atqui regis et vestis nec unio hypostatica est, nec indivulsa, nec perpetua: in Christo autem Deo nostro, hypostatica unio est, indivulsaque et sempiterna. Quamobrem, tanquam

σει ὁμοούσιος οὐ λέγεται· οὐδὲ ὑπόστασις μονοφυῆς ἑτεροουσίως ὑποστάσσειν ὁμοούσιος. Εἰ οὖν μία φύσις ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἔνωσιν, πῶς τῷ Πατρὶ καὶ τῇ Μητρὶ ἑτεροουσίως οὖσιν, ἔσται ὁμοούσιος;

Καὶ πάλιν· Εἰ μία φύσις τοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἔνωσιν, πῶς ὀνομάζεται; Χριστότης· δηλαδὴ ἡ θεανθρωπότης⁸· ποία φύσις; εἰ μία, δηλονότι τῇ μιᾷ αὐτοῦ φύσει. Οὐκοῦν ἡ θεανθρωπότης αὐτοῦ· καὶ ἔσται ἡ ἐν Χριστῷ θεότης παθητή.

Καὶ πάλιν· Ἐπαθεν ὁ Χριστὸς; Πάντως. Ἡ θεότης αὐτοῦ ἔπαθεν, ἢ ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ; ποία φύσις; Ἡ ἀνθρωπότης. Ἡ δὲ θεία αὐτοῦ φύσις ἀπαθῆς ἔμεινε; Ναι. Ἡ παθοῦσα αὐτοῦ φύσις, καὶ ἡ μὴ παθοῦσα, ἢ αὐτὴ ἐστίν, ἢ ἄλλη καὶ ἄλλη; Ἄλλη πάντως καὶ ἄλλη. Καὶ εἰ ἄλλη καὶ ἄλλη, πῶς μία αἱ δύο; Ἄλλ' αἱ μὲν δύο φύσεις, μία φύσις οὐκ εἰσίν, ἀλλὰ μία ὑπόστασις, δύο δὲ φύσεις· μία παθητή, καὶ μία ἀπαθῆς· καὶ ἔσται ὁ λόγος εὐδρομος.

9'. Ὅτι δὲ καὶ μία ὑπόστασις τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐ δύο, ἐντεῦθεν γνωσόμεθα· εἰς Υἱὸς ὁ Χριστὸς, ἢ δύο; Εἰς πάντως. Καὶ πῶς δύο ὑποστάσεις ὁ εἰς Υἱὸς; Εἰ δύο ὑποστάσεις, ἄλλος καὶ ἄλλος· καὶ ἔσονται δύο Χριστοὶ· ἢ ἄλλος ὁ Χριστὸς, ἢ ἄλλος ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ οὐκέτι εἰς Υἱὸς.

Καὶ πάλιν· Εἰ δύο ὑποστάσεις τοῦ Χριστοῦ· κάθ- C ηται δὲ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐπὶ θρόνου Χερουβικοῦ, καὶ λατρεύεται ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι· οὐκοῦν τετράδι^h, καὶ οὐ Τριάδι λατρεύομεν· ἀλλ' ἡμᾶς μὴ γένοιτο ἄλλως λατρεύειν, ἀλλ' ἡ Τριάδι ἁγία· ἐνὶ Πατρὶ, μιᾷ ὑποστάσει· ἐνὶ Υἱῷ καὶ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ σεσαρκωμένῳ, μιᾷ ὑποστάσει μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· ἐνὶ ἁγίῳ Πνεύματι, μιᾷ ὑποστάσει· Τριάδι παναγία καὶ δεδοξασμένη. Ὡσπερ γὰρ μάχαιρα πυρακτωθεῖσα μία ἐστὶ καὶ μετὰ τὴν πύρωσιν, οὕτω καὶ ὑπὲρ τοῦτο ὁ Χριστὸςⁱ, εἰς ἐστὶ καὶ μία ὑπόστασις, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν· καὶ ὥσπερ φοβοῦμαι ἄφασθαι τῆς πεπυρουμένης^l μάχαιρας, οὐ διὰ τὴν σιδήρου φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ ἐνωθέντος αὐτῷ πυρὸς φύσιν, οὕτω προσκυνῶ τῷ σαρκωθέντι Λόγῳ, καὶ συμπροσκυνῶ D τῇ σαρκὶ, οὐ διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὸν ἐνωθέντα αὐτῇ Θεὸν Λόγον. Προσκυνῶ τῷ βασιλεῖ μετὰ τῆς ἀλουργίδος, καὶ τιμῶ τὴν ἀλουργίδα διὰ τὸν βασιλέα. Καὶ μὴν ὅτι ἐπὶ μὲν βασιλείᾳ καὶ τῆς ἐσθῆτος^k, οὐ καθ' ὑπόστασιν ἢ ἔνωσιν, οὐδὲ ἀδιάσπαστος^l, οὐδὲ διακαινίζουσα· ἐπὶ δὲ Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καθ' ὑπόστασιν ἀδιάσπαστος καὶ διακαινίζουσα ἢ ἔνωσιν. Διὸ ὡς ἐνὶ τῆς Τριάδος συμπροσκυνῶ τῷ

VARIE LECTIONES.

⁸ Basil. ἡ ἀνθρωπότης. Posthac Billius emendat. ποία φύσις ἔπαθεν: et paulo post legit, ut Basil. et Colb. εἰ μία, si una; ut bene procedat argumentatio, imo et oratio, quæ hoc in articulo luxata admodum videtur. ^h Sic mss. edita vero οὐκ σὺν τριάδι, ἀλλὰ τετράδι. ⁱ Noster ἰ καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ. ^l Reg. et Colb. πεπυρακτωμένης. ^k Noster ἀλουργίδος. ^l Cod. S. Hil. ἀδιάσπαστος, quod idem paulo post etiam habet

Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, Χριστῷ, τῷ σαρκω- A
θέντι Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ.

ι'. Δέδεικται τοίνυν ὅτι δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, καὶ μία ὑπόστασις. Εἰ οὖν φύσεις ἔχει, ἀνάγκη ὁμολογεῖν ἐν αὐτῷ τὰ τῶν δύο φύσεων φυσικὰ ἰδιώματα τελείως καὶ ἀνελλειπῶς, εἴπερ γινώσκωμεν αὐτὸν Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον.

ια'. Ἐχει μὲν οὖν ἐκ τῆς θείας καὶ Πατρικῆς φύσεως τὸ ἀκτιστον, τὸ ἄχρονον, τὸ ἀναρχον. Οὐ γὰρ πρότερον οὐκ ὦν, ἤρξατο ^m τοῦ εἶναι· ἀλλ' αἰετὶ ἦν γεννητὸς, τῷ, Θεὸς εἶναι τὸ θελητικὸν ἔχων ⁿ, τὸ ἐνεργητικὸν, τὸ παντοδύναμον, τὸ ἀπειροδύναμον, τὸ δημιουργικὸν, τὸ παντουργικὸν, τὸ ἄπειρον, τὸ ἀπερίγραπτον, τὸ ἀκατάληπτον, τὸ ἀνεξερεύνητον, τὸ ἀθάνατον, τὸ παντοκρατορικὸν, τὸ συνεχτικὸν, τὸ ἀγαθόν, τὸ σοφόν, τὸ δίκαιον, τὸ σωστικόν, τὸ ἀπλοῦν κατὰ φύσιν καὶ ἀσύνθετον, τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἀναλλοίωτον, τὸ παντεποπτικὸν, τὸ τῶν μελλόντων προγνωστικὸν, τὸ περιεκτικὸν τῶν πάντων, ἦτοι τὸ περιληπτικὸν, τὸ ἀμέτοχον· μεθεκτὸν δὲ κατ' ἐνέργειαν, οὐ κατὰ φύσιν ^o· τὸ αὐτεξούσιον, τὸ εὐεργετικὸν, τὸ μεταδοτικὸν, τὸ φωτιστικὸν, τὸ ἀόρατον, τὸ ἀναφές, τὸ ὑπέρθενον, τὸ ὑπερούσιον, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, τοῦ Υἱοῦ εἰσιν, πλήν τῆς ἀγεννησίας. Καὶ μάρτυς τούτου ἀληθῆς αὐτὸς ὁ Κύριος, εἰπὼν· « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμὰ ἐστὶ. » Καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Πατέρα λέγει· « Πάντα τὰ ἐμὰ, σὰ ^C ἐστὶ. »

ιβ'. Τῆς δὲ ὑποστάσεως αὐτοῦ ἴδιον, τὸ Υἱὸν εἶναι γεννητὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐ Πατέρα ἀγέννητον, οὐδὲ γεννήτορα. Ἐκ τοῦ Πατρὸς γὰρ γεγέννηται ἀπαθῶς, ἀσυνδυάστως· τούτέστιν ἄνευ μίξεως, ὡς φῶς ἐκ πυρός· μᾶλλον δὲ ὡς φῶς τέλειον ἐκ τελείου φωτός. Ἐκ τοῦ Πατρὸς οὖν ἔχει τὸ εἶναι, καὶ πάντα ὅσα ἔχει. Διὸ καὶ λέγει· « Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστίν· » ἐγὼ γὰρ ἐξ αὐτοῦ, εἰ καὶ μὴ μετ' αὐτόν· οὐκ αὐτὸς ἐξ ἐμοῦ. Διὸ καὶ τιμᾷ τὸν Πατέρα.

ιγ'. Εἰπόντες τοίνυν τὰ τῆς θείας φύσεως τοῦ Χριστοῦ ἰδιώματα, ἃ ἔχει ἐκ τοῦ Πατρὸς, εἰπωμεν καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ φύσεως φυσικὰ ἰδιώματα, ἃ περ ἐκ τῆς ἡμῶν ἔσχε προσλήψεως. Εἰ γὰρ Θεὸς ὦν τέλειος, γέγονε δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος τέλειος, δῆλον ὡς πάντα ἔχων τὰ φυσικὰ τῆς θεότητος ἰδιώματα, καὶ κατὰ τοῦτο Θεὸς ὦν τέλειος, καὶ πάντα ἔχει τὰ φυσικὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἰδιώματα· τούτέστι, πάσας τὰς φυσικὰς δυνάμεις τῆς ἀνθρωπότητος, τὰς ἐνεργητικὰς τε καὶ παθητικὰς, ἵνα τέλειος ἦ ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ τι τῶν φυσικῶν οὐκ

unum de Trinitate, una cum Patre ac Spiritu sancto, Christum incarnatum Dei Filium et Deum adoro.

10. Ostensum ergo est duas esse Christi naturas, ac unam hypostasim. Cum itaque naturam duplicem habeat, plane necesse est, ut duarum naturarum naturales proprietates in eo perfecte, et ut nihil desit, inesse confiteamur : si modo eum, et perfectum Deum, et hominem perfectum cognoscamus.

11. Quocirca a divina quidem et paterna natura habet, ut sit increatus, principii ac temporis exsors. Neque enim cum prius non esset, esse incepit ; **535** sed erat ab æterno genitus, quatenus nempe Deus est, voluntatis actionisque facultatem habens, omnipotentiam, infinitam virtutem, vim creandi, virtutem omnium effectricem ; ut sit infinitus, incircumscribitus, incomprehensus, impervestigabilis, immortalis, omnipotens, omnia conservans, bonus, sapiens, justus, sospitator, natura simplex, non compositus, immutabilis, alterationis incapax, omnium inspector, futurorum præsciens, omnia ambiens, sive complectens ; nullius ipse particeps ; suæ autem operationis, non naturæ participes faciens ; ut sit liber, munificus, communicans, illuminans, invisibilis, sub tactum non cadens, divinum omne substantiamque superans ; et, ut paucis dicam, ea omnia quæ Pater habet, Filii sunt, excepta ingeniti proprietate ⁷ : cujus rei testis locuples est ipse Dominus, cum ait : « Omnia quæ habet Pater, mea sunt ⁸. » Ad ipsum quoque Patrem dicit : « Omnia mea tua sunt ⁹. »

12. Personæ autem ¹⁰ ejus proprium est, Filium esse a Patre genitum, non Patrem ingenitum, aut genitorem. Est enim genitus a Patre sine ulla passione, ullave copula, id est sine permistione, uti lumen ab igne : seu potius ut lumen perfectum a perfecto lumine. A Patre igitur habet quod sit, et universa quæ habet. Idcirco ait : « Pater meus major me est ¹¹ ; » ego enim ex illo, quanquam non post illum ¹². Unde etiam honore Patrem prosequitur.

13. Postquam igitur naturales Christi proprietates diximus, quas habet a Patre ; ejus etiam humanæ naturæ proprietates enarrandæ sunt, quas ex nostræ carnis assumptione habuit. Si enim, cum perfectus esset Deus, nostri causa homo perfectus similis nostri factus est ; palam est, qui divinæ naturæ proprietates omnes habeat, eaque ratione perfectus Deus sit, omnes quoque habiturum humanæ naturæ proprietates : hoc est ejus omnes naturales vires, tum quæ ad agendum pertinent, tum quæ ad patiendum ; ut sit perfectus homo.

⁷ Greg. orat. 23, versus finem et 24. ⁸ Joan. xvi, 15. ⁹ Joan. xvii, 10. ¹⁰ Greg. orat. 29. ¹¹ Joan. xiv, 28. ¹² Greg. orat. 29, non longe a fine.

VARIÆ LECTIONES.

^m Noster I οὐκ ἦν, καὶ ἤρξατο. ⁿ Sic Basil. et cod. S. Hil. alii γεννητῶν· τὸ θελητικὸν ἔχων. In nostris deest ἔχων. ^o In nostris μεθεκτὸν δὲ τῆς ἐνεργείας, οὐ τῆς φύσεως, male.

Nam si quid eorum quæ ad naturam spectant, non assumpsit, non homo perfectus erit, ut cui desit aliquid.

